



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

Epilogvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

ἀνάλωτον: Ἐτο εἰς ἀνάμνησιν γίνεθ' Ἐ τότε ἡγομέ-  
 νος. Ἐτο γὰρ ποιεῖτε, φησὶν, εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν, ἢ ἄλλω  
 θυσίαν, καθάπερ ὁ ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν αἰ-  
 ποῦμεν, μᾶλλον ἢ ἀνάμνησιν ἐργάζεμεθα θυσίας.

*Nota con-  
 tra Ponti-  
 ficium sa-  
 crificium  
 propitia-  
 torum  
 Missæ.*

Nunquid, quia in multis locis offertur,  
 id est multi Christi sunt? Nequaquam, sed v-  
 nus ubique est Christus & hic plenus existens  
 & illic plenus vnum corpus. Quemadmo-  
 dum enim, qui in multis locis offertur, v-  
 num corpus est & non multa corpora: ita  
 etiam & vnum sacrificium. Pontifex autem  
 noster ille est, qui hostiam mundantem nos  
 obtulit, ipsam offerimus & nunc, quæ tunc  
 oblata quidem, consumi non potest. Hoc  
 in memoriam eius fit, quod tunc factum est.  
 Hoc enim facite, inquit, in mei recordatio-  
 nem. Non igitur aliud sacrificium quemad-  
 modum summus sacerdos, sed idem semper  
 facimus. Magis autem recordationem sacri-  
 ficij operamur.

## EPILOGVS.

**H**Æc testimonia priscorū Eccle-  
 siæ doctorum, lector Christianæ  
 religionis amās, nō eo cōsilio huc ap-  
 posita sūt, quòd fides nostra autori-  
 tate hominū velut fundamēto nita-  
 tur, (cū verā Ἐ saluificam fidem

*nullus*

nullius neq; veteris, neq; recentioris  
 Ecclesie Doctōris testimonio, sed solig  
 Et unius Dei verbo, in scriptis Pro-  
 phetarum Et Apostolorum, testium  
 veritatis cœlestis max. ἀξιωματικῶν, com-  
 prehenso, velut fundamento immoto  
 inniti oporteat) sed quòd fanatici spī-  
 ritus astu Diabolico hoc agant, ut ho-  
 mines à scripto verbo, quod Dei be-  
 neficio etiam ab idiotis utiliter nunc  
 legi potest, abductos, ad sanctorū Pa-  
 trum, Et antiquorū Ecclesie Docto-  
 rum scripta, velut in amplissimū pe-  
 lagus deducant, ut qui ista non lege-  
 rit, sitne ea pie vetustatis Et monis-  
 mentorū eiusdem sententia, in quam  
 noui illi Doctores verba eorum alle-  
 gant, certò scire nequeat, atq; hoc pa-  
 cto in graui Et periculosa dubitatione  
 relinquatur. Quare necessitas nobis  
 imposita fuit, hoc catalogo planū faci-  
 endi Et oculis quasi omnīū spectandū

exhibendi, quòd hæc noua falsa do-  
 ctрина, non minùs sacræ scripturæ  
 fundamēto, quàm purioris antiqui-  
 tatis testimonio destituatur, imò v-  
 triq; ex diametro repugnet, anti-  
 quitatis scilicet dictis in alienã sen-  
 tentiã, pugnantem cum eiusdē men-  
 te & intentione detortis, perinde  
 atq; plana & dilucida verba testa-  
 menti Christi & perspicua testimo-  
 nia scripturæ ab iisdē data opera,  
 nefaria quadã petulantia deprauã-  
 tur. Qua porro de causa liber Cocoro-  
 diæ vnūqueng; ad scripturã sacram  
 & ad simplicitatē catechetica[m] de-  
 ducit, quòd qui illã simplici fidei as-  
 sensione amplectatur, animæ & con-  
 scientiæ suæ quàm opt. consulat, ut  
 quæ super firma & immota petra  
 extructa sit, ut dicitur Matth.

7.17. Galat. 1. &

Psal. 119.